



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 16. Alduinus Audebertus Cardinalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. dam. In Beiffacensi diœceseos Lemo-
A.C. 1352. vicanæ parœcia prope Pompadurum or-
Vita p. 918. tus, Tolosæ Juris Civilis Doctor, Pro-
923. fessorque, ac sub annum 1335 Judex Ma-
 jor, anno 1337 Episcopus Noviodunen-
 sis, an. 1340 Claromontanus, post bien-
 nium a Clemente VI Cardinalis de SS.
Sup. lib. 95. Joanne ac Paulo, an. 1351 Ostiensis E-
§. 12. piscopus, & Magnus expiationum Præ-
 fectus declaratus fuerat. Toti Ecclesiæ
 præfuit annos novem ac fere totidem
 menses; & habebatur vir candidus ac
 bene moratus.

§. XVI.

Alduinus Audebertus Cardinalis.

Vita p. 639. Sequenti anno decimo quinto Calendas
 Martias die Veneris, qui a primo tri-
 mestri ecclesiastico habebat nomen, Pa-
 pa Innocentius Cardinalem decrevit Al-
 duinum Audebertum sui fratris Guido-
 nis Audeberti filium. Hic erat peritus
 Juris utriusque: & primum a Papa Be-
 nedicto XII Pictaviensis ad S. Radegun-
 dem Canonici munus obtinuerat cum
 promisso annonæ sacræ, quæ prima va-
 casset. Deinde anno 1349 a Clemente
Dubois to. 2. VI nominatus est Episcopus Parisinus
p. 639. loco Fulconis Chanacii octavo Calendas
 Augustas eodem anno mortui; sed an-
 no 1350 sub Natalem Christi Alduinus
 Antissio-

Antiffiodorum, saecul. XIV. A.C. 1353. de la Forêt Gall. Christ. to. 3. p. 606. cuius Antistes Petrus Crofius paulo ante designatus erat Cardinalis, ac Petrus * Sylvius Tornacensis Præful Parisios translati sunt. Tunc moris erat, ut Cardinales ab Ecclesia, quam rexerant, nomen traherent: quapropter ipse Innocentius VI, antequam Papa fieret, appellabatur Cardinalis Claromontanus. Sic etiam oportuisset Alduinum Audebertum vocari Cardinalem Antiffiodorensem: sed jam erant Cardinales duo, qui hanc sedem tenuerant, scilicet Talerandus Petrocoricensis, ac Petrus Crofius. Igitur Papa nepotem suum Magalonam transtulit, ut inde cognomen ferret. Sed hæc translatio fo. 3. p. 606. fuisse formula videtur: nec apparet, Alduinum reipsa gubernasse Magalonensem Ecclesiam. Papa suus patruus ei tribuit eundem, quem ipse habuerat, titulum, nempe de S. Joanne ac Paulo.

§. XVII.

Papæ decreta.

Postquam coronatus fuerat Papa Innocentius, mox suspendit multas reservationes dignitatum in templis cathedralibus, aliorumque beneficiorum a Clemente VI in gratiam Cardinalium factas: & in sua conspectos curia Præsules, cæterosque beneficiarios in sui quemque bene-

Vitæ p. 357.
Rayn. 1353.
n. 31.